



Index Librorvm Prohibitorvm Alexandri VII

Alexander

Romae, 1667

F. Vincentivs Fanvs Ord. Prædicatorvm Sac. Cong. Indicis Secretativs.
Catholico Lectori.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-81440)



F. VINCENTIVS FANVS
ORD. PRÆDICATORVM SAC. CONG.

Indicis SECRETARIVS.

CATHOLICO LECTORI.



RODIIT anno superiori Librorum Prohibitorum Index, vna exhibens tum Pontificias Constitutiones in hac materia editas, tum singula huc spectantia Decreta, & quidquid demum videbatur posse ad Indicem omnibus suis numeris absolutum pertinere. En, iussus, do alterum, at sola necessariarum partium dispositione diuersum à priori, ideoque simul, & compendiosiore, & locis nonnullis auctiorem. Nempe con-

sultò hic omittitur illa, quæ in Indicibus Tridentino, & Clementino apparet interpunctio Classium primæ, secundæ, tertiæ, vt minùs luxaretur ordo alphabeticus, (vtique tibi commodior, quia promptior:) qui hic decurrit continuata serie, simplici contextu, Nihilominùs si fortè, & hic eadem illa Classium discrimina subnotare desideras, vltro occurrent; modò aduerteris, quod vbicumque solum Auctoris vetiti nomen, & cognomen videris, ex prima Classe Tridentini & Clementini Indicis huc illatum noris: at vbi sine Auctoris nomine, aut cognomine solus indigitatur liber, hunc in tertia Classe, quæ incertorum Auctorum opera complectitur, deprehensum puta. Denique vbi iunctim nominantur Auctor, ejusque liber, aut libri, memineris secundæ Classi adscriptum esse. Nec mireris vnum, eundemque seu librum, seu libri Scriptorem in pluribus hujus alphabeti locis recurrere, sic enim oportuit, vt sicubi proprium ejus titulum, aut nomen, quod quæres, mente non tenebas, saltim alibi ex agnomine, aut scriptio- nis materia in eum incidas, quem investigabas. Vale, & frue.

† 2 REGV.